THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



D

a deo et angelis in celesti pa
tria consolatur. De cupi
ditate. luxuria. et super
bia. lxxxviij.

Quidam religiosus im
posuit cuidam regi quod esset cu
pidus. luxuriosus. et sup
bus. Qui respondit. Frater.
pessimas filias michi ma
ritasti. Verumtamen ille iam
maritate sunt. Quoniam
Cysterneses habent cupidita
tem. Templarij superbiam.
Et nigri monachi sibi luxu
riam maritauerunt.

Quod nullum bonum perit
irremuneratum. ixc.

Heremita quidam aquam
remotam habuit a cella
et quia frequenter fatigabatur
ait. Non patiar hunc la
borem. sed faciam cellam me
am iuxta aquam. Et cum
iret prope aquam: uidit quendam
numerantem passus suos.
Cui ait. Quid facis. Qui
respondit. Angelus dei sum: et
numero passus pro quibus
habebis mercedem. Quo au
dito: ille posuit cellam ual
de procul ab aqua. Ecce pro
quolibet passo. fiet a deo
remuneratio.

De angustia. ixcj.

Asinus cuiusdam rustici
in fimum cecidit. rusticus
autem statim in terram procubu
it. euulans et clamans. Sancte
Petre succurre asino me
o. Petrus uero continuo ad
ueniens et rusticum ad ma
xillam percutiens ait. Surge
piger et manum asino appo
ne. et adiuuabo te. Hinc est
illud phi. Noue manus et pe
des adiuuabit nos deus.
Piger est murilegus qui
piscem desiderat: et tamen
pedem humectare non curat.

Quod labor depellit luxu
riam. ixcij.

Monachus quidam
cum impugnaretur a for
nicatione. dicebat abbati
suo. qui ipsum diutius nutri
ebat in heremo. Vadam
inquid ad seculum. quia non
possum sustinere temptationes.
Quem pater frequentius
corrigebat. Cumque nollet
sustinere. ait illi pater. Au
di me adhuc semel. Tol
le tecum. xl. panes et uade
in heremum. et labora ibi.
xl. dies. et fiet uoluntas
dei in te. Qui obediens